Bern Msp. 120. Päpste-Verzeichniß von Gregor III. bis Benedict IX. XVI f. 9. p. 1.

Item Gregorius sedit annos X. menses VIII. dies XXIIII.
Zacharias. sedit annos   menses   dies.   huius aucto-
ritate. Pipinum fratrem Karlomanni in monte cassino monachi
facti. sub sancti Benedicti regula. franci super se regem statu-
unt. abiecto hildrico. qui tonsoratus postea. monachus est effectus.
huius quippe pontificis extat epistola missa Pipino regi. ut resti-
tueret cassinensibus sancti Benedicti corpus. que deo uolente
nullum habuit effectum. Eam tamen accipiens Pipinus Remigi-
um rotomagensem episcopum fratrem Karlomanni floriaco
dirigit. qui sacrum pignus eis reddat. Quos diuina clementia i-
ta occulorum lumine priuauit. ut mutuos cernere non possent
uultus. sed humi prostrati ueniam petentes. clementiam dei sen-
serunt & ad sua reuersi letantes.
Stephanus. sedit annos V. dies XXIII. & cessauit episcopatus dies.
XXXV. huic pape sanctissimo reuelatio & memoria ostensa est
de consecratione altaris. sanctorum apostolorum Petri & Pauli.
quod est situm ante sepulcrum sanctorum. Dionisii. Rustici. &
Eleutherii. V. Kal. augusti. Qui pro oppressione atrocissimi & nec
nominandi. haistulfi. Pipinum francorum regem adiit. & in
monasterio sanctorum Dionisii sociorumque eius diu infirma-
tus iacuit. sed sanctorum precibus sanitati redditus. altare con-
secrauit. Pipinumque & duos eius filios. Karolum & Karloman-
num. in reges francorum benedixit. obligauitque & contesta-
tus est ut nullus nisi de eorum progenie per succedentium tem-
porum curricula in regno francorum rex crearetur. Acta sunt //